

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3848

**Auteur(s)** : Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Muzy, Notre-Dame de L'Estrée (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1278, février

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de l'Estrée de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans dans les baillages de Gisors et de Verneuil.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 914, p. 222.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissay, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 432.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum abbas et conventus monasterii de Strata, Cisterciensis ordinis, Ebroicensis diocesis, juxta tenorem ordinationis nostre, finaverint cum baillivo nostro Gisortii et Vernolii, super retinendis perpetuo sibi et monasterio suo acquisitis per ipsos in bailliviis Gisorcii et Vernolii, in feodis et retrofeodis nostris a triginta annis citra, que acquisita sunt hec : videlicet, dono relicte Roberti de Musyaco, militis, quatuordecim jornalialia terre et unum herbergamentum in castellania Paciacy, in feodo Galteri de Pertico ; item, ex elemosina, in castellania Aneti, unum arpentum terre in feodo episcopi Ebroicensis ; item, dono Balduini de Morumval, apud Tyson, in dicta castellania Aneti, duo arpenta terre in feodo domini de Musyaco ; item, ex dono Marescalli de Aprileyo, in castellania Ebroicensi, quinque solidi turonenses redditus, super unum arpentum terre, in feodo domini de Aprileyo ; item, ex dono veteris majoris de Musyaco, tres solidi parisienses redditus apud Aletum ; item, in baillivia Vernolii, per elemosinam, sex solidi turonenses redditus, super quandam domum apud Britolium in vico qui dicitur Ceuchaguum ; item, quindecim solidi turonenses redditus, quos Guillermus de Bordeigneio, miles, eisdem religiosis reddit pro quatuor jugeribus terre, sitis in Angliis, acquisiti per donationem ; item, ex dono Guillermi de Mineriis, militis, viginti solidi turonenses redditus, in feodo domini de Cornuil, tenentis a nobis ; nos, dictam finationem, quantum in nobis est, ratam et gratam habentes, ipsis religiosis concedimus et volumus, ut ipsi et successores sui predicta acquisita possint tenere im perpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, mense februario.